

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3925

Auteur(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Bénéficiaire(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1282, juillet

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

L'abbé Nicolas et les moines de Saint-Étienne de Caen reçoivent à ferme pour une rente annuelle de 170 tournois par le roi de France Philippe [III] des terres, des rentes et des redevances à percevoir aux paroisses de Dives[-sur-Mer], de Périers[-en-Auge], de Beuzeval, de Brucourt et de Villers[-sur-Mer].

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 997, p. 256-257.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Nicholaus, humilis abbas Beati Stephani de Cadomo et ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Notum facimus, tam presentibus quam futuris, quod nos ab excellentissimo domino Philippo, Dei gratia, Francorum rege, ad firmam perpetuam recepimus pro centum sexaginta et decem libris turonensium, dicto domino regi et suis heredibus a nobis et successoribus nostris solvendis annuatim, tercia parte videlicet ad Pascha Domini et duabus partibus ad festum Sancti Michaelis, in firma de Dyva et de Bueseaval, scilicet in parrochii de Dyva, de Piris, de Beseval, de Bruecort et de Villariis, sexaginta unam acras, dimidiam virgatam et quatuor perticas terre ; triginta quatuor libras et tresdecim denarios annui redditus ; molendinum quod vocatur Heuguemolin, cum molta sicca et serviciis, si que pertineant ad illud ; quatuor libras turonenses annui redditus percipiendas in molendino de Droion ; furnum de Dyva cum baneris ; medietate molendini in parrochia de Grengues, cum sicca molta et serviciis ; quadraginta septem summas et quatuor asqueta salis ; centum et viginti quatuor capones cum denariis et panibus pertinentibus ad eos ; triginta quatuor anseres, septem colleios, novies viginti et sexdecim gallinas, cum panibus et denariis ad eas pertinentibus, duo milia trecenta viginti ova, cum panibus et denariis pertinentibus ad ea ; unum par calcarium ; quatuor ferra ad equum cum clavis ; sexdecim sextaria et dimidium boissellum frumenti ; tria modia et quinque sextaria avene ; aquaeiam quidelli Roberti dicti Gile de Dyva ; costumam batellorum apud Dyvam, quorum magistri sunt residentes in feodo domini regis ; item motam de Diva, precarias, corveias, homagia et releveia rusticorum, placita, servicia, expleta et simplicem justiciam eorumdem. Et de dicta firma, ut dictum est, domino regi et heredibus suis solvenda, nos predicti abbas et conventus viginti libras turonensium redditus nostri, siti in parrochia de Dyva in contraplegium obligavimus, dicto domino regi et suis heredibus una cum supradictis nobis ad firmam perpetuo traditis remansuras, si nos vel suscessores nostri a contractu hujusmodi contingeret resilire. Premissa vero a dicto domino rege ad firmam perpetuam recepimus, sicut dictum est, salvo jure domini regis in aliis et jure quolibet in omnibus alieno, et rententia domino regi spate placito cum pertinentibus ad placitum spate, forefacturis, jure patronatus, gardis, homagiis feodorum lorice integrorum vel partitorum, et similiter francarum serjanteriarum, si de feodo, quod ab eodem

recepimus, teneantur. Voluit autem ipse dominus rex quod, si, occasione premissorum vel alicujus de premissis ad firmam nobis traditis, inter nos et homines tenentes de dicta firma aliquam contingat oriri querelam, quod ad primas assisas vel placita sua sine dilatione et essonio audiatur ac etiam terminetur. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno Domini M^o CC^o octogesimo secundo, mense julio.